



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN.

---

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

---

Con objeto de activar en lo posible los trabajos del arreglo parroquial pendiente en la Diócesis, se ha servido disponer Su Sría. Ilma. que, á la mayor brevedad, remitan los Sres. Arciprestes á esta Secretaría, una nota detallada de las variaciones que consideren convenientes en sus Arciprestazgos y muy principalmente del cambio, suspensión ó establecimiento *de Anejos*.

---

Su Sría. Ilma. el Obispo mi Señor, ha recibido de la Nunciatura las siguientes letras:

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

---

«SALVATORIS AC DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, vices in terris immeriti licet gerentes, inter multiplices gravissimasque tam excelsi Apostolatus curas, quibus in dies detinemur, in id tamen peculiari ac praecipua Pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti ac tam salutaris Mysterii, quae in Urbe Hyerusalem,

lem, et viciniis illius monumenta supersunt, qua maiori sanctiorique fieri poterit custodia asserventur, utque salubria monita ac mandata Romanoruin Pontificum Praedecessorum Nostrorum suos hac super re effectus sortiantur. Ipsi enim Pontifices iamdiu a vetustissimis temporibus ea ad loca pretioso Humanati Verbi Sanguine purpurata oculos convertentes, Catholici nominis gentes ad Christi Sepulchrum recuperandum excitarunt, et postquam illud denuo in infidelium ditionem cecidit, et Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci Asisiensis tantummodo licuit ea loca asservare, nunquam destitere, quin quacumque ope possent, custodiae saltem ipsorum consulerent, et fratrum eorumdem, quos neque persequutionum, neque vexationum, neque saeva cruciatum discrimina tanto unquam ab incoepio deterruerunt, praesentibus necessitatibus pro re ac tempore providerent. Quare et vivae vocis oraculo, et Apostolicis etiam litteris Patriarchis, Antistitibus et aliis totius terrarum orbis locorum Ordinariis instanter atque iteratis vicibus mandarunt, ut respectivae eorum curae commissos Christifideles ad eleemosynas pro locis Sanctis tuendis afferendas colligendasque impellerent, et certas etiam regulas hac super re statuere pluribus Apostolicis litteris, modo sub plumbo, modo sub Annulo Piscatoris datis, per quas unanimi consensu asseruerunt universis in terrarum Orbis Dioecesibus singulis annis quosdam per unumquemque Ordinarium sub sanctae obedientiae obligatione dies statuendos esse pro eleemosynis in Sanctorum Locorum emolumenatum colligendis. Denique Pius PP. VI fel. rec. Praedecessor Noster litteris, quarum initium «*Inter cetera divinorum indiciorum abdita arcana*» die XXXI, mensis Iuliis anno MDCCLXXVIII sub plumbo datis, qualuor per annum vicibus ab omnibus Sacrorum Antistitibus Terrae Sanctae necessitates piae Christifidelium charitati commendandas esse decrevit. Nunc autem dilectus filius Bernardinus de Portu Rumatino, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Asisiensis de Observantia nuncupatorum generalis Administer, Nobis exponendum curavit, adiunctis in dies praesertim vertentibus annis necessitatibus huiusmodi, Sanctorum Locorum custodiae haud amplius provenientes e fidelium eleemosynis redditus sufficere, eaque potissimum de causa quod elapso iam saeculi intervallo a postrema,

quam memoravimus fel. rec. Pii PP. VI Constitutione, nonnulli ex Ordinariis illam veluli fere obsoletam negligunt, neque elemosynas pro Sanctis Locis commendare, ea qua par est sollicitudini, student; ideoque enixas Nobis preces humiliter adhibuit, ut quaedam hac super re providere de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine velimus. Nos igitur, quibus tanti momenti custodia maximo est cordi, votis huiusmodi annuere cupientes, de Apostolica Nostra auctoritate, vi praesentium, perpetuum in modum decernimus, ut Venerabiles Fratres Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alii totius terrarum orbis locorum Ordinarii sub sanctae obedientiae vinculo curare teneantur, ut respective in cuiuscumque Dioecesis, Parochiali Ecclesia, una saltem singulis annis vice, nempe Feria Sexta Maioris hebdomadae, vel alio ad uniuscuiusque Ordinarii lubitum similiter semel tantum quotannis eligendo die, fidelium charitati Sanctorum Locorum necessitates proponantur. Pari autem auctoritate expresse interdicimus atque prohibemus ne quis audeat vel praesumat elemosynas pro Terra Sancta quomodolibet collectas in alios usus convertere atque immutare. Propterea iubemus collectas, ut superius dictum est, elemosynas Parochum Episcopo, Episcopum tradere proximiori Ordinis S. Francisci pro Terra Sancta Commissario; hunc autem curare volumus, ut eaedem quam citius Hyerusalem ad Sanctorum Locorum Custodem, ut moris est, transmittantur. Decernentes praesentes Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat, ac spectare poterit, in omnibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudicis Ordinarios et delegatos iudicare et definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque. Denique volumus, ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus adhibetur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris  
die XXVI Decembris MDCCCLXXXVII. Pontificatus Nostri  
anno decimo.—L. S.—M. CARD. LEDÓCHOWSKI.»

En su virtud se ha servido designar el Viernes de la Semana Santa de cada año para recolectar las limosnas que depositen los fieles y que podrán remitir los Párrocos á esta Secretaría.

Los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos y Vicarios, darán cuenta á sus feligreses con la debida oportunidad, del objeto de las anteriores letras, excitando su caridad para que contribuyan á tan piadosa obra.

León 5 de Marzo de 1888.—Dr. José Fernández Ben-dicho, Pbro. Secretario.

---

Tomamos del *Boletín Eclesiástico* de Madrid-Alcalá:

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Praeclaro divinae gratiae munere effectum est, ut Sacerdotalis Nostrae consecrationis diem quinquagesimo anno redeuntem frequenti Episcoporum Venerabilium fratrum nostrorum corona septi, in numero fidelium coetu stipati, quin et universo christiano orbe gestiente celebrare potuerimus. Cui tantae celebritati faslibum impositum est maioribus coelitum honoribus, quos divino Spiritu aspirante suprema auctoritate Nostra non nullis eximiae sanctitatis viris solemni ritu attribuimus. Quae quidem omnia non uno Nobis nomine grata et periucunda fuerunt. Primo enim in spem adducimur fore ut fidelium precibus ac novensilium Sanctorum intercessione propitiatus Deus tot tantisque, quibus humana premitur societas, malis opportuna afferat remedia, optatamque mundo pacem ac tranquillitatem largiatur. Deinde vero ex eo laetamur quod innumerabiles observantiae et obsequii significationes, quibus Nos Ioto orbe fideles unanimi consensione prosecuti sunt, tum ostendunt et antiquam pietatem et Apostolicae Sedis amorem christianis pectoribus alte manere defixum, tum in summam Venerabilium Fratrum sacrorum Antistitum laudem cedunt, quorum opera ac virtute in populis sibi commendatis et concreditis in tanta tem-

porum perversitate ita viget ac floret catholicae religionis cultus, et huic Sedi ac Romano Pontifici sunt animi addicti atque coniuncti. Nos ne fausti huius eventus memoria intercidat, atque ut publicum aliquod benevolentiae Nostrae testimonium Venerabilibus Fratribus exhibeamus, externo honoris insigni universos terrarum orbis Antistites exornandos censuimus. Quare hisce litteris Apostolica auctoritate Nostra perpetuum in modum concedimus, ut universi Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi birreto violacei coloris hoc futurisque temporibus utili libere et licite possint et valeant. Hoc ita illis proprium volumus, ut alius qui Episcopali dignitate non sit insignitus eiusmodi ornamento ullatenus potiri queat. Non obstantibus Constitutionibus et sanctionibus Apostolicis, ceterisque omnibus licet speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanetum Petrum sub Annulo Piscatoris die III Februarii MDCCCLXXXVIII, Pontificatus Nostri anno decimo.—M. CARD. LEDOCHOWSKI.

---

*Declaración de la Sagrada Congregación de Ritos acerca de la Misa votiva de la Virgen.*

---

Habiéndose hecho á la Congregación de Sagrados Ritos las siguientes preguntas:

1.<sup>a</sup> El Sacerdote á quien por motivo de enfermedad ú otra causa razonable se ha concedido por la Sede Apostólica la facultad de decir la Misa de la Santísima Virgen, ¿puede celebrar dicha Misa aún en las festividades más solemnes ó días privilegiados, por ejemplo, en la Natividad del Señor, la fiesta de Pentecostés y el Domingo de Ramos? Y si puede:

2.<sup>a</sup> ¿Está obligado á usar siempre de color blanco, ó del correspondiente á la festividad?

3.<sup>a</sup> En semejante Misa votiva, los días más solemnes, ¿debe añadir *Credo* ó *Gloria*, celebrando en público ó en privado?

4.<sup>a</sup> Cuando, en un día, además de la fiesta del Santo propio, ocurre otra oración de Santo, con rito simple ó de Fería, ¿dirá entonces la del Espíritu Santo como se prescribe en las rúbricas generales, ó la del Santo simple ó de la Fería?

5.<sup>a</sup> ¿Ha de añadirse á tal Misa votiva la colecta que accidentalmente está mandada decir por el Ordinario del territorio?

6.<sup>a</sup> En el día de la Natividad del Señor, ¿puede dicho Sacerdote decir tres Misas de la bienaventurada Virgen?

La Sagrada Congregación estimó responder de este modo:

A la primera.—Afirmativamente.

A la segunda.—Debe usar siempre del color blanco, según otras veces se ha decretado.

A la tercera.—Negativamente, á excepción del *Gloria* en los sábados.

A la cuarta.—Debe tan solo decir las oraciones que corresponden á la Misa votiva.

A la quinta.—Negativamente.

A la Sexta.—Negativamente, con arreglo á lo ya antes decretado. (C. D. S. R. 28 de Abril de 1868.)

---

## REAL ÓRDEN

### SOBRE AUTORIZACIÓN PARA FIRMAR EL RECIBO DE DOTACIONES DE ECLESIÁSTICOS INCAPACITADOS.

El Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia, en 7 de Octubre último, comunica á esta Ordenación la Real Orden siguiente:

«En vista de cuanto resulta del expediente instruido en virtud de la exposición elevada á este Ministerio por el Rdo. Obispo de Cuenca en 5 de Agosto último, con motivo del reparo que esa Ordenación puso en las cuentas de dicha Diócesis, correspondientes al presupuesto de 1885-86, referente á la dotación del Coadjutor de Campalvo D. Francisco Monteagudo, cuya nómina aparece firmada por D. Joaquín Jiménez, autorizado por el Prelado, autorización que no reconoce esa dependencia que considera también derogadas la Real orden de 18 de Setiembre de 1866, y comunicación de 22 de Marzo de 1867 que la misma expidió, por los artículos 1847 y siguientes de la ley de enjuiciamiento civil, exigiendo por consiguiente el reintegro de 408 pesetas 98 céntimos, cantidad satisfecha durante la anualidad; considerando que el Coadjutor de Campalvo, aunque reconocido demente por notoriedad no lo ha sido por sentencia firme, ni se ha acreditado su incapacidad en antequicio, ni reservado derecho á parte; considerando que los artículos de la ley de Enjuiciamiento civil citados, se refieren á aquellas personas que poseyendo bienes de fortuna necesitaren, por su enajenación, de curador ejemplar que las administre; considerando que la reducida dotación de un Coadjutor, con la que atiende á su subsistencia y necesidades perentorias, no puede tener el carácter de tales bienes de fortuna; considerando que el expresado Coadjutor está canónicamente colacionado, no pudiendo por lo tanto ser privado ni suspendido de su dotación, aunque se imposibilite para el desempeño de su cargo; considerando que la suspensión ó demora en el percibo de la dotación, no solo perjudica al intere-

sado, sino que lastima también los derechos de los feligreses de la parroquia á que está adscrito; considerando, por último, que la designación de apoderado que firme y reciba las cantidades que al incapacitado correspondan hecha por el Prelado, garantiza el destino legal y conveniente de las mismas; S. M. el Rey (Q. D. G.), y en su nombre la Reina Regente del Reino, se ha servido disponer, accediendo á los deseos del R. Obispo de Cuenca, que en lo sucesivo y siempre que se presenten casos análogos al que motiva esta resolución, se adopte el procedimiento establecido por las mencionadas disposiciones de 18 de Setiembre de 1866 y 22 de Marzo de 1867, cuando no resulten los incapacitados ó resistentes para firmar sus nóminas poseedores de bienes de fortuna.—De Real orden lo digo á V. E. á los efectos consiguientes.»

Lo que traslado á V. S. para su conocimiento y que le sirva de regla en los casos análogos que en esa Diócesis puedan ocurrir.

Dios guarde á V. S. muchos años.—Madrid 7 de Enero de 1888.—El Ordenador, *Antonio Laá*.—Sr. Administrador diocesano de Orihuela.

(Del *B. E. de Orihuela*.)

---

### Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Diócesis.

---

Han manifestado por medio del Sr. Arcipreste que pertenecían á la Asociación, los Sres. siguientes del Arciprestazgo de Rivesla:

- N.º 122= Asensio, D. Emilio.
- » 123= Bayón, D. Mateo.
- » 124= Compadre, D. Angel.
- » 125= Fernández, D. Isidoro.
- » 126= Fernández, D. Lucio.
- » 127= Ferreras, D. Gregorio de.
- » 128= González, D. Gorgonio.
- » 129= González, D. Bernardo.
- » 130= González, D. Tomás.
- » 131= Medina, D. Felipe.
- » 132 = Robles, D. Ramiro de.
- » 133= Robles, D. Laureano de.
- » 134= Suarez, D. Tomás.
- » 135= Igelmo, D. Bernardo.

Ingresan de nuevo del dicho Arciprestazgo:

- N.º 136 = Fernández, D. José, con obligación de aplicar 35 misas.  
» 137 = Moro, D. Severiano, en el 1.<sup>er</sup> año de su ordenación.  
» 138 = Urdiales, D. Domingo, con obligación de aplicar 75 misas.

Han manifestado que pertenecían á la Asociación, por medio del Sr. Arcipreste, los Sres. siguientes del Arciprestazgo de Rueda de Abajo

- N.º 139 = Alacz, D. Manuel.  
» 140 = Aller, D. Narciso  
» 141 = Diez, D. Juan.  
» 142 = Diez, D. Leandro.  
» 143 = Fernández y Fernández, D. Manuel.  
» 144 = Ferreras, Fr. Fulgencio.  
» 145 = Ferreras, D. Juan.  
» 146 = García, D. Diego.  
» 147 = García, D. Gregorio.  
» 148 = García, D. José.  
» 149 = Moreno, D. Luis M.<sup>a</sup>.  
» 150 = Pastrana, D. Lorenzo.  
» 151 = Pertejo, D. José.  
» 152 = Renedo Prieto, D. Lucas.  
» 153 = Rodríguez, D. Martín.  
» 154 = Tegerina y Tegerina, D. Félix.  
» 155 = Urdiales, D. Bráulio.  
» 156 = Yugueros, D. Isidro.

NOTA. Por una equivocación en los datos que se remitieron á esta Secretaría, se puso á D. Pedro Rodríguez Diez, del Arciprestazgo de San Román de Entrepeñas, como socio de la de sufragios con el número 101; y habiendo avisado el Sr. Arcipreste que padeció equivocación, puesto que el D. Pedro no pertenece á la asociación, se hace constar para conocimiento de los Sres. Socios, que el n.º 101 corresponde á D. Leandro de la Fuente, cuyo nombre se omitió.

León 5 de Marzo de 1888.—Dr. José Fernández Ben-dicho, Pbro. Secretario.

---

El día 24 de Febrero último, falleció D. José González Peña, Párroco de Campo de Villavidel; y habiendo hecho constar que estaba inscrito en la Asociación, y por certificado del Sr. Ar-cipreste que había aplicado todas las misas, todos los asociados celebrarán por él una misa según Reglamento.

---